



illi iuri addictam operam peruenturam fuisse.  
Haec autem quin recte addicta illi iuri et consecrata sit, nemo, legum et statutorum, quibus Academia Iulia-Carolina regitur, satis gnarus, in dubium vocabit, siquidem ea, qui tertium inter ICtos et Antecessores locum hic obtinet, (quem nos obtinuisse, quum Prolusiones nostras ederemus, vel Indices lectionum nostrarum condocent,) eidem diserte assignant prouinciam interpretandi iuris ecclesiastici. Taceamus SERENISSIMI HERI nostri iussum, quo nostra opera superiore anno in explicando iure ecclesiastico versata est: vt igitur tanto minus ridenda foret diuina, vel interna vocatione, si ea, tanquam ferculo pomparum, ad confundendos inuidos vti placeret. Sed revocat animum religio a vanis ostentationibus aequae, ac omnibus, quae vindictam sapiunt, perpetuoque stabit nobis, omnia ad diuini nominis referre gloriam, communemque humano generi utilitatem. Dabam in Academia Iulia-Carolina, Calendis Semptembris,

A. R. S. MDCCXXXV.



DESCRI-